

1013

P A T R I S T I C I.

1014

335. f. Alter in Exurgens Maria. *LECTIO* quam audiimus sancti evangelij &c. ut col. 101.

VIII. fol. 164. p. 2. Omelia origenis. In Evangelium: Cum esset desponsata mater ihesu &c. Matth. c. 1. Initium: Que fuit necessitas ut desponsata esset &c. Incerti Auctoris est, proptereaque in Edit. Maur. omissa. Vide, si lubet, Origeniana Huetii in Adpend. L. III. n. 5.

IX. fol. 166. Incipit Omelia Beati Bernardi super istud iobannis: Stabat iuxta crucem &c. Initium: Sicut christiane religionis defectus ex ariditate causatur cordis frigida. Sic nimirum ex inflammata affectione &c. Non reperi in Operibus Bernardi, neque ejus aetatis censeo Meditationem hanc potius, quam Homiliam, quae singula Textus sacri membra expendit usque ad illud: *Et ex illa hora accepit eam Discipulus in sua, et Mariae Epistolam ad Ignatium* citat.

X. fol. 176. Incipit liber de vita christi beati thome de aquino. In Edit. Opp. Romae 1570. T. XVII. P. 2. inter Opuscula f. 64. inscribitur de Humanitate J. C. D. N. et incipit: *Christus ihesus venit in hunc mundum* &c.

XI. fol. 208. p. 2. Albertus super Magnificat. Exposuit Albertus M. Canticum istud in suo super Lucam Commentario T. X. Opp. Lugd. 1651. f. Sed utraque Expositio in diversum abit. Initium nostrae est: *Magnificat anima mea dominum. Magnificat uoce, magnificat opere, magnificat affectu*

&c. Itaque ad alium Albertum, qui non desunt, referendam putem.

XII. fol. 210. p. 2. Incipit libellus de recommendatione caritatis. Initium: *Seruo christi petro hugo, gustare et uidere quam suavis est dominus. Cogitanti mihi frater karissime* &c. In Operibus Hugonis Victorini edit. Rothom. 1648. T. II. p. 233. f. inscribitur: *In Laudem Charitatis.*

XIII. fol. 212. p. 2. Hic ponitur symbolum apostolorum cum prophetijs correspondentibus. Nota est opinio olim pervagata, singulos Symboli Articulos a singulis Apostolis concinnatos fuisse. Hic igitur ad ostendendam utriusque, ut putem, Testamenti ἀρμονίαν singulis praefixus est locus Propheticus παρὰ ἄλλῃλος.

XIV. fol. 213. Incipit libellus Sancti Augustini ypponens. Pontificis de conflictu viciorum atque virtutum. Et ad calcem: *Explicit liber beati gregorij pape de conflictu* &c. Sed utraque haec Rubrica rafa et resecta est. Tam parum sibi constabant Librarii de Autore hujus Opusculi, qui Ambrosius Autpertus est, ut jam Vol. I. non semel dixi. Initium: *Clamat vox apostolica* &c.

XV. fol. 216. p. 2. Incipit regula beati augustini de vita monastica. Ita: *Ante omnia fratres karissimi diligatur deus* &c. ut edit. Maur. T. I. col. 789.

CCCCXXXV.

Codex membraneus lat. Sec. U. 266
XV. Folior. 207. f. rubricis enotatus,

tatus, et olim teste p. *ult.* ad Collegium ducale artistarum datus a Martino Sawpeck canonico ad S. Stephanum Wien. et plebano in treskirchen est Florilegium e D. Bernhards Operibus, five Bernhardinus, seu *Exceptiones*, seu denique *Flores*, bene distinguendi a Floreto S. Bernhards in versus redacto, et cum *Commento* edito *f. l.* et *a.* item *Daventriae* 1499. 4. Constat Opus istud *Libris* X. cum *Append.* de B. V. Maria et ex Epistola ad Robertum Monachum, compilatoremque habet Guilelmum O. S. B. e Coenobio S. Martini Tornacensi circa 1240—46. quem e *Codicibus* detexerunt Sanderus, Mabillonius, Val. Andreas, Job. Bunderius, cum ceterum Opus ipsum vulgo *ἀνωμωτος* ferretur. Tale est in praesenti *Codice*, tale in edit. *Paris.* 1499. 4. quam memorat Oudinus T. III. col. 203. et ex eo *Fabric. Bibl. med. Lat.* L. VII. p. 154. tale in edit. *Lugd.* 1556. 8. *min.* quae mihi adjacet, quamque idem *Fabricius* L. II. p. 227. ad *Matth. Audebertum*, qui eam curavit, prave tanquam ad autorem defert. Tale porro etiam est in Editionibus multo antiquioribus, quae hos Viros latuerunt, puta *Norimbergensi f. l.* et *a. f.* preli *Sensenschmidiani* circa 1470. et *Coloniensi* per Job. Koelhoff f. anni, ut Typographus hic non semel dormitabat, 1400. cui tamen in binis Exemplis annus 82. antiqua manu adscriptus visitur. Vide *Suppl. meum ad Annal. Maitt.* P. I. p. 145. et II. p. 510. Initium jam in *Codice* facit: *Prologus in*

*opus sequens. Cum non essem aliquo exercitio (Norimb. alicuius, Lugd. alicui) magnopere occupatus &c. Libris singulis praemittitur, ut in Lugd. Elenchus Capitum, qui in Norimb. seorsim folia 4. efficit, et a Compactore Operi vel anteponi, vel subjici potest. Liber I. orditur: Quid est deus? Qui est. (prave Lugd. Quid) Merito quidem. Nil competentius eternitati quae deus est. &c. Excerptum ultimum supra memoratum ex Epistola ad Robertum Monachum brevius est in Codice, quam in Editis; incipit enim primum a verbis: *Rectus ordo requirit &c.* et jam definit in his: *Quod scimus cum necesse non est, in necessitate nescimus.**

CCCCXXXVI.

Codex membraneus lat. Sec. R. 54 XIV. Folior. 92. 4. commode scriptus, et coloribus illustratus, quondamque, ut *fol. 6.* notatur, S. Seuerini de neapoli Congregationis *Casm. alias sancte Justine*, laboriosum est Florilegium Sententiarum ex *Epistolis CCCCXXXVI. S. Bernardi Claraev. Abb.* ordine alphabetico institutum, cujus Autor manifestus fit e sequente Operis clausula: *Explicit tabula super 336. epistolis beati Bernardi, cum dictis ejusdem ordinatis per materias secundum literas alfabeti, edita de mandato Sanctissimi in Christo patris et domini, Domini pape Jobannis 22. a fratre francisco toti de perusio, de ordine minorum et episcopo Sarnensi. Nihil de hoc Vi-*